

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

IN FES TIGITATE MAR
TYRUM : —

LIC SCAI IUA SIC . math

T Nillo tempore dixit ihu discipu
lis suis . Siquis uult post
me uenire abneg& sem& ipsum
& collat crucem suam & se
quatur me . Et reliqua .

CCVIII **MEIA BEATI GREGORII
PAPAE DE IADIM LIC
TIONE :**



QVIADNS ACRE
demptor noster
nouus homo uenit
immundum . noua
praecepta edidit
mundo . Vitae enim
nrae ueteri in
uitis enutri

tae . contrari&atem opposuit
noui tatis suae . Quid enim
u&ur quid carnalis homo noue
rat . nisi sua retinere aliena
rapere possit . concupiscere si
non poss& . Sed caelestis me
dicus . singulis quibusq; uitis
obuiantia adhib& medicamta

Nam sicut a&te medicinae . cali
da frigidis . frigida calidis
curantur . ita dnr noster con
traria opposuit praedicamen
ta peccatis . Vt lubricis con
tinentiam . tenacibus largita
tem . iracundis mansu&udi

nem elatis precipere& humili
tatem . Ceste cum se sequen
tibus noua mandata propo
ner& dixit . Nisi quis re
nuntiauerit omnibus quae
possid& . non potest meus esse
discipulus . Ac si a peste dicat
Qui per uitam ueterem aliena
concupiscitis . per nouae con
uersionis studium . Cura
largimini . Quid uero in
hac l&ctione dicat audiui mus .
Qui uult post me uenire abneg&
sem& ipsum . Ibi dicitur ut
abnegemus nra . hic dicitur
ut abnegemus nos . & s&stasse
laboriosum non est homini
relinquere sua . sed ualde labo
riosum relinquere sem& ipsum .
Minus quippe est abnegere quod
hab& . ualde enim multum est
abnegare quod est . Ad se
autem nobis uementibus dnr
praecipit . ut renuntiemus
nostris . quia quisquis ad fidei
agonem uenimus . luctam
contra malignos spr . sumimus .
Nihil autem maligni spr in hoc
mundo proprium possident .
nudi ergo cum nudo luctari
debemus . Nam si uestitus
quisque cum nudo luctatur
citius ad terram deicitur . quia
hab& unde teneatur .

Quidem sunt terrena omnia
nisi quaedam corporis indu-
menta. Quia ergo contradi-
abolum ad cestamen properat.
uestimenta abiciat ne succum-
bat. Nil in hoc mundo aman-
do possideat. nullas rerum la-
bertium delictationes requi-
rat. ne unde ad uotum tegitur.
ad casum inde tenetur.

Ne tamen sufficit nostra relinque-
re. nisi relinquamus & nos.

Quid est quod dicimus relinqua-
mus & nos. Si ergo nos ipsos
relinquimus. quomodo & nos
nos. uel quis est qui uadit si se
deseruit. Sed aliud sumus
per peccatum lapsi. aliud per
naturam conditi. aliud quod
fecimus. aliud quod facti sumus.

Relinquamus nos & ipsos qua-
les peccando nos fecimus. & ma-
neamus nos ipsi. quales per
gratiam facti sumus. Ecce
& enim qui superbus fuit. si con-
uersus ad xpm humilis factus
est. semetipsum reliquit.

Si luxuriosus quisque ad continen-
tiam uitam mutauit. abnega-
uit utique quod fuit. Si auar-
us quisque ambire iam desinit.
& largiri didicit propria qui
prius aliena rapiebat. procul
dubio semetipsum reliquit.

Ipsa quidem est per naturam.
sed non est ipse per malitiam.

Hinc enim scriptum est. Ueste
impios & non erunt. Conuer-
sinamque impii non erunt.
non quia omnino non erunt in
essentia. sed scilicet non erunt
in impietatis culpa. Tunc ergo
nos & ipsos relinquimus. tunc
nos ipsos abnegamus. cum uita-
mus quod per ueritatem fui-
mus. & ad hoc nitimur quod per
uouitatem uocamur. Pense-
mus quomodo se paulus abne-
gauerat quid dicebat. Uiuo
autem iam non ego. Extinc-
tus quippe fuerat seus ille
persecutor. & uerere ceperat
praedicator pius. Si enim ipse
esset pius profecto non esset.
Sed quis se uiuere denegat. dicat
unde est quod scia uerba per
doctrinam ueritatis clamat.
Protinus subdit. Uiuo uero
in me xps. Ac si a peste dicat.
Ego quidem amem & ipso & tunc
tuum quia carnaliter non ui-
uo. sed tamen essentialiter mor-
tuus non sum. quia in xpo spi-
taliter uiuo. Dic at ergo
ueritas dicat. Si quis uult
post me uenire abneget semet
ipsum. Quia nisi quis a semet
ipso deficiat. ad eum quis super

ipsum est. non adpropinquat. Nec ual & adpraehendere quod ultra ipsum est. sine scierit macrare quod est. Sic holerum planta transponuntur ut proficiant. atq; ut ita dixerim. eradicantur ut crescant. Sic rerum semina in terrae amixtione deficiunt. & in reparatione sui generis uberius adsurgunt. Unde enim uidentur perdidisse quod erant. inde accipiunt hoc apparere quod non erant. Sed iam qui se autur abnegat. &quirende eius uirtutes sunt in quibus crescat. Nam cum dictum est. qui uult post me uenire abneget seipsum. protinus addit. tollat crucem suam cotidie & sequatur me. Quob; & enim modis crux tollitur. cum aut per abstinentiam afficitur corpus. aut per compassionem. proximi adfligitur animus. Pensemus qualiter utroq; modo paulus crucem suam tolerat. quid dicebat. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. ne forte alius praedicans ipse reprobus efficiat. Ecce in afflictione corporis audiuimus crucem carnis. audiamus nunc in compassionem proximi crucem

mentis. At. qui infirmatur & ego non infirmor. qui scandalizatur. & ego non uror. Perfectus quippe praedicator ut exemplum daret & abstinentiae. crucem postabat in corpore. Et quia in se traherebat damna infirmitatis alienae. crucem postabat in corde. Sed quia ipsius uirtutibus. quaedam uirtutes iuxta sunt. dicendum nobis est quod ducit abstinentiam carnis. & quod obsideat compassionem mentis. Si uicino namq; abstinentiam carnis. nonnumquam uana gloria obsidet. quia dum tenet in corpore. dum pallor in uultu respicitur. uirtus pate facta laudatur. Et tanto se celerius foras fundit. quanto ad humanos oculos. per ostensum pallorem exiit. Et plerumq; fit ut quod causae agi creditur. pro solis humanis fauoribus agatur. Quod bene simon ille significat qui in uentus in itinere. crucem dominicam in angariam postat. Aliena quippe onera in angaria postantur. quando per uanitatis studium aliquid geritur. Qui ergo per simonem designantur. nisi abstinenter & arroganter

tes. qui per abstinentiam
quidem carnem afficiunt.
sed fructum abstinentiae
interius non requirunt. ⁊
Crucem ergo dñi in angariam
simon postat. quia cum ad
opus bonum ex bona uolun-
tate non ducitur. rem iustitiae
sine fructu peccator operatur. ⁊
Vnde idem simon crucem por-
tat sed non moritur. quia
abstinentes & arrogantes.
per abstinentiam quidem
corpus afficiunt. sed per desi-
derium gloriae mundo ui-
uunt. ⁊ **C**onpassionem ue-
ro animi plerumque laten-
ter obsidit pietas falsa. ut
hanc nonnumquam usque
ad descendendum uitae per-
trahat. dum ad culpas quisq;
non debeat compassionē ex-
ercere sed zelum. ⁊ **C**onpar-
sio quippe homini. & recti-
tudo uitae debetur. ut inu-
no eodemque homine. & di-
ligamus bonum quod factus
est. & persequamur mala
quaefecit. ⁊ **N**edum culpas
incaute remittimus non iam
per caritatem compati. sed
per negligentiam conce-
disse uideamur. ⁊ **S**equitur.
qui enim uoluerit animam

suam saluam facere. perdat
eam. & qui perdidit ani-
mam suam propter me. sal-
uam eam faciet. ⁊ **S**ic dicitur
fidei qui uoluerit animam
suam saluam facere perdat
eam. & qui perdidit animam
suam propter me saluam eam
faciet. ac si agricolae dicatur.
Frummentum si seruas perdes
si seminas. renouas. ⁊ **Q**uis
enim nesciat quod frumen-
tum cum in semine mittitur.
perit ab oculis. in terra deficit.
sed unde putrescit in puluere.
inde uiridescit in renouatione.
Quia uero sc̄a ecclesia aliud tem-
pus habet persecutionis atq;
aliud pacis. redemptor noster
ipsa eius tempora distinguit
in praeceptis. ⁊ **N**am persecu-
tionis tempore ponenda est
anima. pacis autem tempore
ea quae amplius dominari pos-
sunt. frangenda sunt desideria
terrena. ⁊ **V**nde & nunc dicitur.
Quid enim proficit homo si lu-
cretur totum mundum. se au-
tem perdat. & detrimentum
sui faciat. ⁊ **C**um persecutio
ab aduersariis deest. ualde
uigilantius cor custodiendum
est. ⁊ **N**am pacis tempore
quasi licet uiuere. libet & iam

ambire . . . Quae profecto auaritia bene comperitur . si ipse status ambientis sollicitè consideretur . . . Nam cur instet ad colligendum . quando stare non potest ipse qui colligit . . . Cur sum ergo suum quisque consideret . & cognoscit sibi posse sufficere parua quae habet . . . Sed foetasse metuit ne in huius uitae itinere sumptus desit . . . Longa nostra desideria increpat uia breuis . . . Incassum multa postantur cum iuxta est quo pergitur . . . Plerumque autem & auaritiam uincimus . sed adhuc obstat quod uias rectitudinis minori tenemus custodia perfectionis . . . Nam saepe labentia cuncta despiciamus . sed tamen adhuc humanae uerecundiae usu praepedimur . ut rectitudinem quam seruamus in mente . nondum exprimere ualeamus in uoce . . . Et tanto di faciem ad iustitiae defensionem negligimus . quanto humanas facies contra iustitiam ueremur . . . Sed huic quoque uulnere congruum subiungitur medicamentum . cum dominus dicit . . . Qui me erubuerit & meos sermones . hunc filius hominis eru-

bescit cum uenerit in maiestate sua & patris . & sanctorum angelorum . . . Sed ecce nunc apud se homines dicunt . nos iam dominum & sermonem eius non erubescimus . quia a peeta eum uoce profitemur . . . Quibus ego respondeo . quod in hac plebe xpiana sunt nonnulli . qui xpm ideo confitentur . quia cunctos xpianos esse aspiciunt . . . Nam si nomen xpi in tanta hodie gloria non esset . tot professores xpi scia ecclesia non haberet . . . Non ergo ad probationem fidei uox sufficit professionis . quam defendit auerecundia professio generalitatis . . . Est tamen ubi se quisque interroget . ut in confessione xpi se ueraciter probet . si non iam nomen eius erubescit . si plenae uisite mentis hominum pudorem subdidit . . . Certe enim persecutionis tempore . erubescere poterant fideles . substantis nudari . dedignitatibus dei . uerberibus affligi . . . Pacis autem tempore quia haec antiis persecutionibus desunt . est aliud ubi ostendamus nobis . . . Veremur saepe a proximo despici . dedignamur iniurias uerbi tolerare . si con-

tingat iurgium foctasse cum
proximo. erubescimus prio
rē satis facere. Cor quip
pe carnale dumhuius uitae
gloriam quaerit. humilita
tem respuit. Et plerumq;
ipse homo qui irascitur. dis
cordanti sibi reconciliari ap
petit. sed irae adsatis faci
endum prior erubescit.
Pensemus facta ueritatis. ut
uideamus quo laceant nr̄ae
prauitatis actiones. Si enim
membra summi capitis sumus.
imitari eum cui conectimur
debemus. Quidnamq; ad
nr̄ae eruditionis exemplum
paulus egregius praedicator
dicit. Pro xp̄o legatione
fungimur. tamquam dō ex
hostante per nos. obsecramus
pro xp̄o reconciliamini dō.
Ecce inter nos & dñm discordiā
peccando fecimus. & tamen
ad nos dñs suos legatos prior
misit. ut nos ipsi qui peccau
imus ad pacem dñi rogati ueni
amus. Erubescat ergo hu
mana superbia. confunda
tur quisq; si non satis faciat
prior proximo. quando post
culpam nr̄am ut ei reconcili
ari debeamus. & ipse quoq;
qui offensus est. legatis inter

uenientibus obsecrat dñs.
Sequitur. Oico autem uobis
ueresunt hic aliqui stantes
qui non gustabunt mostem
donec uideant regnum dñi.
Regnum dñi fratres km̄i non
semper in sacro eloquio uen
turum regnum dicitur. sed
nonnumquam praesens eccl̄a
uocatur. Vnde scriptum
est. mittit filius hominis an
gelos suos & colligent de regno
eius omnia scandala.
In illo quippe regno scandala
non erunt. ubi profecto repro
bi non admittuntur.
Quo uidelicet exemplo colligi
tur. quod hoc loco regnum dñi
praesens ecclesia uocatur.
Et quia nonnulli & discipulis
usq; adeo in corpore uicturi
erant. ut ecclesiam dñi construc
tam conspicerent. & contra
mundi huius gloriam erectam.
consolatoria promissione
nunc dicitur. Sunt quidam
de hic stantibus qui non gusta
bunt mostem donec uideant
regnum dñi. Sed cum tanta
dñs subeundae mostis prae
cepta ederet. quid necessarium
fuit ut adhuc subito promissi
onem ueniret. Quod si sup
tiliter attendamus. quanta

dispensatione pietatis agatur. agnoscimus. Discipulis enim rudibus & iam de praesenti uita aliquid promittendum fuit. ut possint robustius in futura solidari. Sic israelitico populo ex aegypti terra liberando re promissionis terra promittitur. & cum uocandus esset ad dona caelestia. terrenis promissionibus suadetur. Cur hoc. ut dum esset aliquid quod euicino perciperet. Illud iam fidelius crederet. quod de longinquo audire potuisset. Carnalis & enim populus si parua non acciperet & magna non crederet. Omnes ergo dei largiendo terrena suadent ad caelestia. ut percipiens quod uideret & sperare disceret quod minime uidebat. Et tanto solidior de uisibilibus fieret. quanto eum ad spei constantiam uisibilia promissa fulcirent. Unde recte quoque per psalmistam dicitur. Dedit eis regiones gentium & laborer populorum possederunt. ut custodiant iustificationes eius & legem eius exquirant. Sic ergo hoc loco rudibus discipulis ueritas loquens.

uidendum regnum dei promittit in terra. ut hoc ab eis fidelius in caelo praesumatur. Ex ipso itaque regno quod iam uidemus in mundo esse sublimatum. speremus regnum quod in caelo credimus percipiendum. Nam sunt nonnulli qui christianitatis nomine censentur. sed christianitatis non habent fidem. Sola esse uisibilia estimant. in uisibilia non appetunt. quia necesse suspicantur. Ad discorum magistrum corpora consistimus fratres mei. numquid isti carnem suam in mortem darent. nisi eis certissime constitisset esse uitam pro qua mori debuissent. Et ecce qui ita crediderunt. miraculis coruscant. Ad haec tincta namque eorum corpora uiuentes egri ueniunt. & sanantur. per iuri ueniunt. & demonio uexantur. demoniaci ueniunt & liberantur. Quomodo ergo uiuunt illic ubi uiuunt. sicut tot miraculis uiuunt hic ubi mortui sunt. Rem dico fratres breuem uerbo. sed non paruam merito. quam religiosi quibusdam senioribus narrantibus agnouit. Gothorum

tempore. matrona quaedam
fuit ualde religiosa. quae
ad horum magistrum ecclen
am crebro ueniebat.

Quadam die dum ex more ad
orandum uenisset. egrediens
duos stantes sub peregrino
habitu monachos inuenit.
peregrinos credidit. dari
eis aliquid elemosinae prae
cepit. sed prius quam eius
erogator eis ad largiendam
elemosinam propinquasset.
adstiterunt illi uicinius &
dixerunt. Tu nos modo ui
sitas. nos te in diem iudicii
requirimus. & quicquid pos
sumus prestamus tibi.

Quo dicto. ab oculis eius abla
tisunt. Territa illa ad o
randum redit. se seque in la
crimis prolixius effudit.

Et facta est post hoc tanto in
stantior in prece. quanto cer
tior de promissione.

Si autem iuxta pauli uocem
est fides sperandarum sub
stantia rerum. argumentum
non apparentium. nequaquam
iam dicimus. ut uenturam
uitam credatis. quia ecce
ipsi qui in illa uiuunt. huma
nis oculis uisibiliter prae
sentantur. Quod enim ui

deri potest. melius dicitur. sciri
quam credi. Venturam ergo
uitam nos dominus magis uoluit
scire quam credere. quicquid
quos inuisibiliter recipit. a
pud se uiuere nobis & iam uisi
biliter ostendit. Hos ergo
fratres karissimi in causa uestrae exa
minis. quam cum districto iu
dice habetis. patronos facite.
hos in diem tanti terroris illius
defensores adhibete.

Certe si apud quendam mag
num iudicem causa quaelibet
uestra esset die crastino uentilan
da. totus hodiernus dies in
cogitatione duceretur. patro
num uestra fraternitas quaereret.
magnisque precibus ageret. ut
apud tantum iudicem sibi de
fensor ueniret. Ecce distric
tus iudex ibi uenturus est.
tanti illius angelorum archan
gelorumque concilii terror ad
hibetur. in illo conuentu cau
sa uestra discutitur. & tamen nos
patronos modo non querimus.
quos tunc defensores habeamus.
Ad sunt defensores nostri sancti magis
res. rogari uolunt. atque ut ita
dixerim. quaerunt ut quaeran
tur. Hos ergo adiutores
uestrae operationis quaerite. hos
protectores uestrae reaturae inuenite.

Quia ne punire peccatores de
beat. rogari uult & ipse qui
iudicat. Vnde & tam lon
go tempore comminatur iram.
& tamen misericorditer expec
tat. Sic autem nos & miseri
cordia eius resoueat. ut nullo
modo negligenter reddat.
sic peccata nostra perturbent.
ut mens in desperationem non
proruat. Quia & si praesu
mentes metuumus. & metu
entes speramus. aeternum
regnum citius adepturi sumus.
per eum qui uiuit & regnat
dñs cum patre in unitate sp̄s sc̄i.
per om̄a sc̄la seculorum. Am̄.

**ITEM INFESTIVITAE
MARTYRIUM.**

**SERMO BEATI LEONIS
PAPAE DE OCTO BEATI
TUDINIBVS.**

DEDICANTE
dilectissimi dño
ih̄u xp̄o euange
lium regni. & di
uersos per totam
galileam curante languores.
in omnem terram se uisum
eius fama diffuderat. & mul
tae ex uniuersa iudea turbae
ad caelestem medicum conflu
ebant. Quia enim tarda est
humanae ignorantiae fides.

ad credenda quae non uideantur
& speranda quae nesciuntur. oportebat
diuina eruditione firmatorum
corporeis beneficiis. & uisibilibus
miraculis incitari. & cuius tam
benignam experiebantur potentiam.
non ambigerent salutarem esse
doctrinam. Vt ergo exteriores
medicinas dñs ad remedia interi
ora transferret. & post sanita
tem corporum. curationem o
pereretur animarum. segregatur
a circumstantibus turbis.
secessum uicini montis ascendit.

Aduocatis apostolis quos subli
mioribus institutis ab edicto
iustitiae sedis imbuerat. & ipsa
loci atque operis qualitate.
significans se esse. qui moysi
quondam suo fuisse dignatur
alloquio. Illic quidem ter
ribiliore iustitia. hic autem
sacratiore clementia. ut im
pleretur quod fuerat prophe
tae hieremiae promissum di
centis. Ecce dies ueniunt
dicit dñs. & disponam domum
israhel; post dies illos dicit dñs
dabo leges meas in sensu ipso
rum. & in corde ipsorum scri
bam eas. Qui ergo locutus
fuerat moysi. locutus est & a
postolis. & in cordibus ipsorum